



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiorvm

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

634. An, si exspectativa concessa ad primum vacans sortiri non possit effectum ad primum vacans, capiat secundò vacans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74485)

fit. Lott. loc. cit. num. 75. Post acceptationem autem nihil quoque quæri expectanti præter jus simplex implorandi officium Judicis, sensisse videtur gl. in c. veniens. verbo renunciaſſe. de renunc. apud Lott. num. 76. Quod ipsum jus non cenſeatur præſervatum propter modicum præjudicium, quod fit expectanti, utpote cujus gratia tunc non conſumitur, ſicque ſervari de uſu & ſtylo Curia, tradit Rota decif. 17. de præb. in novif. apud Lott. num. 77. qui hoc ipſum tenet nu. 82. dum expectativa conſeſſa in forma ſimplicis mandati, citans pro hoc Cardin. Caſſad. & c. Idem ſentire videtur Laym. ad c. ad audientiam, de reſcrip. num. 1. dum ait: habens gratiam Expectativæ, eo ipſo, quod proviſus non eſt, ſeu collationem nullam accepit, non habet jus ad beneficium, niſi remorè. Idem habet ad c. in noſtra. tit. eodem, num. 7. quamvis contrarium ſentiant Chok. de permur. benef. c. 1. num. 4. Pariſ. de reſig. l. 2. q. 23. num. 15. citans Cardin. & Sarnenſ. & alii apud Lott. num. 78. nimirum per talem acceptationem quaſitum acceptanti jus ad rem. Vide de hoc dicta in precibus primariis. Quod ſi verò expectativa conſeſſa in formâ ſimplicis proviſionis, illico ut expectans accepit, licet necdum videatur, habere titulum, dicitur tamen ei jus quaſitum in re vigore iſtius clauſula retroactiva: pro nunc prout ex tunc. quæ ſecutâ acceptatione retrahit gratiam ad tempus datæ. Lott. loc. cit. n. 80. & 81. citans Creſcent. decif. 7. nu. 13. de conſeſſ. præb. Put. decif. 290. l. 2.

Quæſtio 633. Ad qua beneficia vacatura ſe extendant expectativa?

1. **R**eſpondeo primò: non extendere ſe ad beneficia, quæ collator tenetur conferre ad nominationem alterius, vel etiam de conſilio aut aſſenſu alterius; vel etiam quæ ſpectant ad præſentationem non niſi de conſilio vel aſſenſu alterius faciendam. Lott. l. 2. q. 15. n. 17. & 18.

2. Secundò, neque extendebant ſe etiam olim expectativæ ad beneficia electiva, aut ſimultaneæ collationis, niſi exprimerentur in individuo. Lott. l. 2. q. 21. n. 120.

3. Tertio, quia pauper præſumitur vilis perſona, dum ei conſeſſa expectativa, excluditur adhuc à Canonicatibus, & beneficiis conſiſtentibus in Cathedralibus. Lott. l. 2. q. 48. num. 167. citans Sta-phil. de form. expect. ex n. 40.

4. Quarto, dum conſeſſa eſt expectativa de prima præbenda vacatura reſtriſta ad menſes Ordinarios, non capit præbendam vacantem in menſe Januarii, Sede Papali vacante, quamvis Januarii ob ceſſationem regularum eſſet Ordinarius; idque ex verifimili intentione Papæ, quod loquendo de menſibus ordinariis, intellexerit de menſibus continuis currentibus, non autem de iſtis accidentalibus, ſeu extraordinariis. Card. de Luca de benef. d. 31. n. 6.

5. Quintò, expectativa de primò vacante non extendit ſe ad beneficia, quæ optari ſolent, ſive non derogat juri optandi; cum enim talis expectativa per ſe ſolam non inducat reſervationem aliquam, quia non eſt de certo corpore beneficii; nec capit reſervata, præſervat jus optandi in Eccleſiis, ubi conſuetudo eſt optandi. Lott. l. 2. q. 38. n. 15.

6. Denique non extendit ſe gratia expectativæ ad beneficia reſignata in favorem, ſed ſuſpenditur tantisper. Card. de Luca de benef. d. 7. n. 2. Contra

verò extendit ſe ad reſignata ſimpliciter, & ſe factâ in manibus Ordinarii, etiam in menſibus Apoſtolicis, reſignatione beneficii, ſuper quo erat conſeſſa expectativa, ſubintrat expectans, quia beneficium vacat. Pariſ. l. 2. q. 10. num. 6. & q. 9. num. 24. citans pro hoc Æn. de Falcon. de Expect. q. 2. num. 31. & Rotam. Vide plura dicta de his in precibus, quæ pleraque & hic locum habere videntur.

Quæſtio 634. An ſi Expectativa conſeſſa ad primum vacans ſortiri non poſſit effectum ad primum vacans, capiat ſecundò vacans?

Reſpondeo: affirmative. Lott. l. 2. q. 33. n. 44. citans c. cum Eccleſia. de præb. in 6. Gemin. conſ. 30. num. 13. Corrad. l. 2. c. 13. nu. 32. Quod ſi etiam ex dolo malo ſeu in fraudem & odium Titii Expectantis Cajus faceret vacare primò beneficium aliquod tenue, v. g. reſignaret, ut ita impeditur Titius ab aſſeſſatione pinguioris, quod aliàs futurum erat primò vacans, poſſe, non obſtante illo primo vacante, per reſignationem obtineri adhuc à Titio illud ſecundò vacans pinguius, dicitur in c. ſi te. de renunc. Laym. ibid. in paraphraſi.

Quæſtio 635. Qua Expectativa ex pluribus concurrentibus præferenda?

1. **R**eſpondeo primò: huic applicari poſſe, quæ generatim Auſtores docere ſolent; nempe in literis iſtiusmodi beneficialibus de providendo, attendi debet tempus datæ, ut is, qui prius gratiam impetravit, alteri ſit præferendus, juxta reg. in iis 54. in 6. qui prior eſt tempore, prior eſt jure. Laym. ad c. duobus. de reſcrip. num. 1. Quod ſi in literis de providendo, quæ pluribus eodem die ad eandem Eccleſiam datæ apparere non poſſit de prioritare temporis, is præferendus eſt, qui literas prius præſentavit. Si autem duo vel plures ſimul præſentent tales literas eodem die datas, locus eſt gratificationi, ita ut unus ex illis arbitrio Collatorum eligi poſſit, cui beneficium conferant. Ratio horum eſt; quia ambæ gratiæ expectativæ validæ ſunt, quamvis Collatores alterutram rejicere poſſint, ſive contra eam excipere; cò quod Papa non ſoleat Eccleſiam unam pluribus ejuſmodi mandatis gravare; debeant autem tunc rejicere eam, quæ minoris firmitatis eſt; ſi verò ambæ æqualis firmitatis, poſſunt rejicere, quam voluerint.

2. De ceterò, dum plures præſentant literas Papales, quæ non ſunt de providendo, ſed quibus illis ab ipſo Papa provideretur de eodem ejuſdem Eccleſiæ beneficio, cum pateat, poſterius datas obreptitias & penitus irritas eſſe, ex quibus nullum jus impetranti acquiri poſſe, nec is earum vigore in poſſeſſionem abſque intruſionis vitio mitti, prioritas præſentationis earum prodeſſe non poſſe. Dum verò tales literæ Papales datæ eſſent eodem die, ita ut de prioritare collationis apparere nequeat, neutra gratia Papalis executioni danda, donec quid certius intelligatur, ita fere Laym. loc. cit. num. 2. Obſervandum etiam hic, quod, ſi uni mandetur provideri ſub conditione, & poſtea alteri abſolute, & huic poſteriori impetranti conferatur Canonicatus prius quàm alteri; eò quod necdum conditio dicta impleta eſſet, hunc quoque poſteriore deinde quoque præferendum eſſe in aſſeſſatione præbendæ iſti priori impetranti poſteriori recepto ad Canonicatum. c. ſi pro te. de reſcrip. Quæ decilio